




IHS

FAMIANI
STRADÆ
ROMANI E,
SOCIETATE
IESV
PROLVSIONES
ACADEMICÆ.

NUNC DEMUM
AB AVCTORE
recognitz., atque suis
Indicibus illustratæ.



LYGDVNI
APVD HORATIVM CARDON
M. D. C. XVII.



ALEXANDRO

CARDINALI

URSINO

FAMIANVS STRADA S. D.

NON ego vnquam, ALEXANDER URSINE, consuetudinem improbandi dicendorum voluminum ad nos Veterum authoritate deductam: eorum consilium laudare tantumdem haud potui, qui aut statim inuolant in splendida quæque nomina, quamquam inania eius artis, quam ipsi pertractant, aut claritudinem generis post virtutem habentes non nisi summos eligunt litterarum Antitistes, quorum iudicio committant lucubrations suas. Etenim illi quem,


†

2

rogo,



PROLVSIONVM
ACADEMICARVM
LIBER PRIMVS.



PROLVVSIO PRIMA.

An proprium sit Oratoris prestare solum memoria: reliquis autem ornamentis animi, praesertim Intelligentiae acumine, atque Iudicio carere tuto possit. Quidque de Oratoria cum facultatibus aliis comparata sentiendum sit.



SUPERIORES, qui se proximè conuoluit, atque elapsus est, anno (Praesules ac Patres, aliique nobilitate, atque eruditione clarissimi) meminì, dum ex hoc loco novos Rhetores more maiorum salutarem, ostendere me illis, quantum opis haberent in ea Arte, quam ipsi recens amplecterentur, quãtoque ciuitatum bono tripartita Oratoriae, Historiae, ac Poëseos facultate ad publica, priuatãque commoda uti possent. Illa mihi in aliud tempus argumenta reseruabam, ut rem à capite resumendo, singulas harum quas dixi triũ, partes aliquanto diligentius expendere, easque à

Fam. Strada.

A certis